



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

mittit; quomodo vero illa est linea Salomonis, si ex Salomone soli sunt Roboam, Abias, Afa, Iosaphath, Ioram, Ochozias, ceteri de Nathane? Hinc factum, ut Iun. Tremell. alii, hos vere ex femine Salomonis esse asserant i. Paralip. 3. in vers. 17. & Sedeciam faciunt regem ex Salomone ultimum.

Filius regis
occultari
potuit.

§. 2. Caluinus loam filium Ochozia negat, quia putat eum o culta, in non potuisse. Qua quidem in re non modo diuinam potentiam, in suis consuandis mirabilem, ipse mal gne restingit; sed in rebus humanis etiam præcipiti iudicio fertur. Cur enim in tanta st. age filia regis, vxor Pontificis, non posset furienti infantem subducere? non miseratione, non fauore, non pecunia crudelitatis formæz administros flectere? Non enim maius ingenium ambitioni ad lædendum, quam caritati, & pietati ad consuandum est. Latere ergo puer regis diuina prudentia, famulante humana industria, potuit. Aut si loas late non potuit, quomodo alius regni hæc es eodem ad ore quæsitus subduci, & in cubiculum deduci, & abscondi potuit? Tam facilis est regio puero, subducto pompæ obsequio, latebra, quam illi qui in spem regni educatur. Quod si quippiam hac in re admirabile est, id est in coronatione loæ, summaque loiadæ prudentia, qui vocatis sacerdotibus, & Leuitis, adeoque centurionibus, reg's filium ostendit, tanto omniū silentio, tantò Athalæ odio, vt ipsa non nisi clamore plaudentium infidias suspicetur.

*Auia re-
gnādi cau-
sa nepotes
occidit.*

At cum Athalia mater efferet Ochoziam, non videtur nepotes occisura fuisse? Hoc qui obicit, vident, quid Spiritui sancto respondeant. Qui ait, *eam occidisse omne semen regum*, imo & filios regis. Ideo enim non erat spes, ut quispiam de stirpe Ochoziam regnaret, ut est 2. Paralip. 22. 9. Filii regis, Ochoziam filii erant, nepotes Athalia, quos aut illa Phœnicia Medea regnandi causa occidit. Athalia cum audis, simul in mentem, domus Achab, Isebel prophetarum interfecitrix, venefica; nec miris naturæ leges à talibus monstris violaram: Infamem plane feminam nobis scriptura proposuit.

VERSUS II.

Iosias autem genuit Iechoniam &
fratres eius.

QVÆSTIO I.

An hoc loco recte generatio lechonia descri-
batur?

Difficilis lo-
cus in Ge-
nealogia
Iechonic.

§. i. Nec nouos interpretes accuratissime hunc locum exp. ndit Maldonatus; plures enim habet difficultates. Nam primo deest vnus Tetterdecadi. Secundo Iohas, Iohcim; non Iohcingenir. Tertio ante, non in transmigratione. Hæc olim Porphyrius, aliique Euangelii hostes obiecere, & Patres varie respondent, vaelet fieri in re d. ficiili, vbi responsio quæuis vera, aut probabilis, facile oppugnatur.

Iechonias
hoc loco e
Ioachim.

§ 2. Mibi primo cerum est, illum quem genuit Iosias, quique vocatur à Marthæo Iechonias esse eum, qui vocatur 4. Reg. 23, 34. Ioacim, quod nomen illi Pharaò, cum regem crearet, imposuit; ante enim vocabatur Eliacim. vocavit igitur אֱלִיָּאִים pro אֱלִיָּאִים *Iehoiakim* pro *Eliakim*, ubi notabis, i consonantem in hebræo esse. S. p. latini vocant *Ioaquinus*. Ratio mæst; quia Iosias hunc immediate genuit, & si non intelligatur ille nominati, ergo omittitur, non igitur sunt generationes quatuordecim. Deinde dicitur dicitur esse Iechonias, cuius fratres genuit Iosias. At Ioacinus fratres habuit, non Iechon as posterior. Fratrum vero mentio fit, quia plures regnauit. De

fratribus ita 1. Paralip. 3. 14. *Filii autem Iosia fuerunt, Primogenitus Iochanan;* ita hic vocatur יוחנן, at in libris Regum יחזקאל Iehoachaz, septuaginta loachaz. prius nomen priuati, alterum regis esse arbitrantur. Alter filius est Ioachim, Tertius Sedecias, ille prius dictus est Matthanias, מתניהו Matthaniahahu. Quartus Sellum; de cuius regno postea agitur. Sensus ergo huius loci est: Iosias genuit Ioachim, qui ante dictus est El-iacim, & fratres eius Iochanan, Sedeciam reges Iuda, & Sellum.

Hoc eum sentiunt primum illi, qui locum corruptum esse arbitrantur, & legendum pro Iechonia Ioaicm. Deinde qui integrum verbum interponunt. Tercio, qui I choniam contendunt esse vocatum ipsum, qui nunc vocatur Ioaicm. Soli qui deesse vnam generationem, & vel Davidem bis nominando, vel transfigurationem pro vna generatione substituendo minus commodè Mathæum explicant, ab hac sententia discedunt. Itaque hanc interpretationem communem esse statuo.

§. 3. Si igitur Iechonias est Ioachim, duorum alterum necessario sequitur, vel ut Iechonias etiam vocatus sit Ioachim, velendum sit Scriptoris; legendumque Ioachim pro Iechonia. Vtraque sententia vti consentanea rationi suos habet auctores. Qui Iechoniam etiam vocatum Ioachim arbitrantur, vtuntur testimonio: Edr. i. 32. Et affines, qui erant ex gente leui.

§. 4. A-

De quarto Iosia filio, qui Sellum dicitur, ambiguum esset, nisi Ieremias cap. 22. 11. eum regem vocaret, sed quia alii eum esse putant Ioachaz, res in obscurum manet, alio loco, hoc est, in Isaia definienda.

VERSUS 12.

*Et post transmigrationem Babylonis
Iechonias genuit Salathiel, Sala-
thiel genuit Zorobabel.*

QUESTIO I.

*An Iechonias genuerit Salathielem, hic Zo-
robabelem?*

Ridicula
Hebrai-
zantium
imitatio.

§. 1. **M**ira est, sed peruersa nouatorum diligentia & κακοζήλια in Hebraeorum nominum infuetis asperitatibus exprimentis; ne parum scilicet docti videantur; perpetuo in ore habent; Schealthiel, Zerubabel, Iechoniahu, Hofschiahu, quorum genuinam tamen pronuntiationem ciuilitatis & elegantiae Hebraica ignaros latere necesse est. Quod si vere, ut vocari optant, Euangelici essent, Christi & Apostolorum auctoritatem, non modo in Graeco sermone ubique firmam, sed in Syra etiam lingua mitigantem vetera, sequerentur. Matthaeus vocauit in Syro; Schealthiel, Zourbabel, Iouchanio, Iouschio, in Graeco; Σαραθιά, Ζοροβάβελ, 'Ιωχίας, 'Ιεχωνίας. Quid opus est, libros Graecos, & Latinos contra Christi, & Apostolorum consuetudinem Hebraizare? Quanquam ego eos potius βαρβαρίζειν nimio Hebraismi studio non dubito. Cum enim vocales, diphthongi, consonantesque vario sibilo; sonoque efferantur, atque olim etiam in ipso Israele dialectis discernentur tribus, quam quæso illi sectantur, qui à Christi & Apostolorum consuetudine deflexerunt? Quis mihi probabit se ad veteris linguae normam, non ad sui cerebri figmenta velle mundum reformare? At bene cum Ecclesia ageretur, si de hisce duntaxat querela personarent. Scripturas ipsas nouandi, & reformandi studio deformant, abolentque. Verum ad huius loci difficultates explicandas accingamur.

Iechonias
filios ha-
buit.

§. 2. Tres omnino quaestiones proponuntur. An Iechonias filium habuerit? An Zorobabel filius sit, an nepos Salathielis? Quomodo Salathielis pater, & Zorobabelis filius alter apud Matthaeum, aliter apud Lucam nominentur?

Quin filios habuerit Iechonias dubitare non possumus. Cum i. Paral. 3. 17. recenseantur in hunc modum. Filii Iechoniae fuerunt; Asir, Salathiel, Melchiram, Phadaia, Senneser, & Ieremia, Sama, & Nabadia. Octo igitur filii Iechoniae numerantur, veri & naturales, non adoptiui, aut legales. Liber enim Paralipomenon veras genealogias recenset. In Hebraeo, & 70. est.

Τριὶς ἱεχωνίας ἀνδρες, αὐτὰρ Σαθὰθιηλ υἱὸς αὐτοῦ, &c.
Filii Iechoniae Asir, Salathiel filius eius.

Nec obstat Ieremiae prophetia c. 22. 28. Vbi vocatur virus fictilis, & contritum. & v. 30. Haec dicit Dominus: Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur. Nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solum David, & potestatem habeat ultra in Iuda.

Dura illa quidem, & vera prophetia, non tamen Iechoniae negat ullam fore posteritatem, sed tantum filios reges, qui sedean super solum David. Ea scilicet dignitate, quae ipse, & maiores eius fuerant. Filios habuisse ostendit ver. 28. Quare abiecti sunt, ipse, & semen eius, & proieciti sunt in terram, quam ignorauerunt? Semen eius proiecitur non potuit, nisi semen haberet. Sterilis

Sed non fi-
lios reges.

ergo fuit, ירמיהו quod Gen. 15. 2. noster vertit: absque liberis, non ut Abraham, sed quod ex summa fortuna regum, in seruitutem recidissent liberi eius, ut melius videretur

ἀγενεὶς ἀγενεὶς Σπαλιόθου.

Sine nuptiis, sine prole mori. Hoc 70. interpretes ut indicarent, teste Hieronymo ἀναισχύντων verterunt, quod non sit auctus liberis, sed eos ad seruendum genuerit. Hodiernis in exemplaribus legimus ἀκμήεντων, abdicatum, quasi publico praconio in eam sortem damnatum; idcirco enim scribere propheta iubetur, ut quasi publicis actibus inferatur. Symmachus autem vertit κενὸν ἀπὸ δουλείας μένον vacuum, abalienatum. Quia nec ipse in potestate sua, nec liberi erant, Filii enim eius domino magis, quam parentibus nascebantur.

§. 3. Non modo multi censent, Salathielem esse auum, non patrem Zorobabelis, & hic quoque generationem vnam omitti, sed quidam etiam ita ceptum i. Paralip. 3. 17. inuenerunt, ut dicere hoc scriptura videretur. In Hebraeo ita habetur. Filii Iechoniae quidam tertiae, Asir, Salathiel filius eius, & Melchiram, & Phadaia; quod ceptum indicat octo filios Iechoniae. Iun. & Tremell. vertunt. Filii Iechoniae vincti, Salathiel filius eius. Huius autem Melchiram, &c. Ut scilicet, Melchiram, & alii sint filii Salathielis, non Iechoniae. Quod falsum est. Nam primo nusquam scribitur pro vincto יבן sed יבן vel יבן, quod argumentum contra probatores punctorum Filios invalidum est. Deinde contextus ille orationis, Salathiel filius eius, & Melchiram, &c. indicat דור יבן re qui tribuit, petendum esse, filius eius. Nullo autem modo haec Salathiel, verba substituenda; Huius autem. Tertio, caeterae versiones Hebraeae consentiunt, adeo ut Vatablus non modo יבן asir, non interpretetur vinctum, sed eum putet vnicum Iechoniae filium, patrem Salathielis. Denique cum nulla causa sit, cui hoc loco dicamus generationem intermissam à Matthaeo, non video cur eo torquere veterem scripturam oporteat. Multo minus substituenda sunt ista: ut sic efferamus, & Melchiram, &c. Videlicet sunt filii Salathiel. Confirmat hanc sententiam, quod neque Iudaei, neque Porphyrius, cum in omnia versuissime inquirerent, de ommissa aliqua generatione hac loco obicerent, cum tamen multo magis laborandum Christianis fuisset, in reddenda omissionis causa, qualis nulla apparet, ut in Ochozia, Ioa, Amasia.

§. 4. Vtuntur tamen argumento in speciem valido, sed quod resistenti infirmum est. Nam Salathiel Salathiel est pater Phadaiae, is Zorobabelis, igitur Salathiel auum, non pater. Ita enim textus demonstrat. Filii Iechoniae fuerunt; Asir, Salathiel filius eius, & Melchiram, Phadaia, Senneser, & Ieremia, Sama, & Nabadia. De Phadaia orti sunt Zorobabel, & Semei. Seu ut est in Hebraeo, filii Phadaiae. Phadaiam igitur Euangelista omisit. Causam reddit Franciscus Lucas, quod Phadaia obscurus fuerit, quae causa si legitima est, omnes qui apud Matthaeum sequuntur, qui quae apud Lucam post Nathanelem collocantur, omitti endi essent. Sane non video cur Phadaia tamen Ari Ducis pater propter obscuritatem omitti debeat, cum multi ignoti nominentur.

Duo mihi in hac disputatio occurrunt notari digna. Primum est. Si Salathielem auum Zorobabelis esse statuamus, Porphyrium, & Manichaeos omnino maiorem cum probabilitate regere posse, quae de tribus regibus omitti dicta sunt. Alterum est, Iudaeos non tantum hoc loco nihil contra Euangelistam mouere posse; verum etiam argumentum, quo contra trium regum omissionem vult, sua in hunc locum explanatione perdere. Aduersi Salathielem esse auum Zorobabelis, patrem Phadaiae. Eorum sententiam si probamus, recte & tres reges, & Phadaiam omnium ab Euangelista dice-